
R. GOSCINNY — A. UDERZO

Asterix

composuit et pinxit
Uderzo

ODYSSEA ASTERIGIS

in Latinum convertit
Rubricastellanus



Stutgardiae sumptibus Ehapae


RAX
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

novum periculum Asterigis

Asterix

ODYSSEA ASTERIGIS

composuit et pinxit Uderzo

in Latinum convertit Rubricastellanus



STUTGARDIAE SUMPTIBUS EHAPAE MCMLXXXIII

Rainero dedicatum


Verlag: Ehapa Verlag GmbH, 7000 Stuttgart 1, Postfach 1215.
Herausgeber: Adolf Kabatek.
Lateinische Übersetzung: Karl-Heinz Graf v. Rothenburg.
Redaktion: Roswith Krege-Mayer unter Mitarbeit von Elmar Hensen.
Druck Henri Proost u. Co., Turnhout. Gedruckt in Belgien.
©Les Editions Albert René von Goscinny und Uderzo 1981.
Exklusiv-Lizenz für die lateinische Ausgabe: Ehapa Verlag GmbH, Stuttgart, 1983.



anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum Parvibonumque...



QUIDAM GALLORUM...



ASTERIX heros noster est. qui subiit haec pericula. Ei viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant. Idefix eum comitatur, unus quantum scimus canis oecologicus, qui desperatione eiulat, cum arbor caeditur.



PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...





CANTORIX bardus est. Iudicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...

MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit."



in mediae silvae tranquillitate tempus cenandi esse videtur...
SSSSSSS
TACTACTAC!
TACTACTAC!
CRAC!
CRAC!
...tamen nonnullis silvicolis cenandi cupiditas non est.
quic quic quiiiiiic!
quam quam! quaaaaaam!
IAM! IAM!
annotatio: ut lectores adiuvemus et acerrimis puri sermonis Latini defensoribus satisfaciamus, dialogum suillum in linguam humanam traducimus:
tibine revera persuasum est nos in istorum vicanorum delirantium manus non venturos?
iam dixi me praesente tibi nihil periculi fore. quid ergo times?
IAM! IAM!
unumquemque ex gente mea ceperunt, torruerunt, devoraverunt, abroserunt atque me unum ex numerosa familia vivum adhuc reliquerunt. haec est causa timoris!!!
aper sum: aprini nil a me alienum puto. tamen ne porcellam* te praebueris!
*puella porcina
satis nunc iocorum! tecum sponsionem facio rationi meae confisam te Gallis delirantibus cenae non fore!
cum autem sponsione victus eris, quis vincet?
ECCE DELIRANTES!
ECCE IENTACULA!


sequere me celerrime! nos non captum iri tibi promisi!
sus Minervam docet!
si vivam, me numquam neque grunnituram neque turpiter cenaturam iuro!
vaeeee!
ne brevi ultimum grunnitum* dederim timeo!
*suis modus dicendi
desine timere! ius Verrinum non erit!
GRUN! GRUN!
ECCE DELIRANTES!
ECCE ROMANI!
nonne vides? cum Gallos in milites Romanos vagantes induxeris, per breve tempus otio frui poteris. homo enim homini lupus.
TUX
TAX
CRAC
paulo post Parviboni, in castris Romanis...
...praeterea sues condocefecerunt, ut nos per silvas vagantes indagent!
Caesarem Romae versantem certiorem faciamus necesse est.



et Romae...
nullo modo! nullo modo hoc ferendum est!
illi vicani Aremorici rem publicam Romanam illudere pergunt!
praeterea legionibus meis cum catervis ferarum pugnandum esse accepi!
disciplina legionum omnino perdita est atque inimici mei in senatu ludibrio me habebunt.
neque vi armorum neque praemiis offertis neque obsidibus acceptis illi rustici Galli coerceri potuerunt, sed...
C. Sempertinax, caput secreti servitii, cedo, si quid scis, per Iovem!
Druidas secreta sua inter se non litteris tradere, sed in aurem dicere solere, bene, o Caesar, notum est.
quid tum?
perspicuum est! nemo praeceptum illam clarissimam potionem miscendi, quae quemvis invictum reddit, accipere atque nobis tradere potest, nisi qui simul et Druida et explorator est.
ceterum, o Caesar, mihi est ille, ut ita dicam, Druidexplorator inter meos in secreto agentes!
age, fac sine mora illum mihi adducas!
eccum, haud procul a te est, o Caesar!
?!?
nunc de suggestu descendere tibi licet, Nilnilsex!


quid?!!! etiam in meis ipsius aedibus exquiror?!
hoc, o Caesar, parvum modo exemplum fuit, ut tibi ingenium optimi mei in secreto agentis demonstrarem!
Nilnilsex sexies frustra examinabatur, ut Druida fieret, ex qua causa nomen suum traxit.
cum septies examinari vellet, examinatores enervati ius Druidarum ei dederunt. ex quo tempore ulciscendi et lucrifaciendi causa longe optimus omnium Druidexploratorum factus est!
laudo! cum mihi secretum illius potionis mirandae attuleritis, triumvir noniam ero, immo dictator fiam omnis imperii Romani, vos divitissimos viros reddam!
ave Caesar, lucrifacturi te salutant!*
*ut videtis, gladiatores adhuc vitiose recitantur.
tibi statim in Galliam proficiscenti hoc confidam...
?
est enim musca experta atque a me condocefacta. commenda ei, si opus erit, nuntium micropapyro inscriptum, quem mihi quam celerrime afferet!*
*ex quo imperatori Domitiano magnopere placuit muscas captare.
praeterea tibi hoc volumen trado mandatis completum, quod non legas, nisi cum Romam reliqueris!
BSSSS!
qua ratione iter facies?
ecce, omnia parata sunt!
CLIC
CLOC
CROC
CLIC
CLAC
!
CLANG
solos equos adhuc nondum complicare potui.
BSSSSS


paulo post...
staaate!
nunc tempus est, ut mandata Sempertinacis legam!
BSSsss...
CUR CAESARI DEMUS, QUAE NOBIS USUI SINT ? NOS AMBO POTIONE MAGICA INVICTI FACTI AQUILA ANCEPS TOTIUS IMPERII ROMANI ERIMUS.
SEMPITERNAX
PS. HOC VOLUMEN CUM PERLEGERIS, PER SE DELEBITUR.
?!
FLAMM...
hahahae! Caesar et Sempertinax stultissimi sunt! egomet unus atque solus vultur imperii Galloromani ero!
BSSsss!
SNAC!
at... abi in malam rem, pestilens calliphora!
BSSSSS!
in viculo Gallorum ad oram Aremoricae sito Asterix atque amici eius otio cum tranquillitate fruuntur...
valde miror, quod ex brevi tempore, cum apros venamur, milites Romanos vagantes offendimus.
scronc! eos profecto non ignorare oportet apros nobis sacros esse! scronc!
sacrum in modum apros devoves vel potius devoras!
SCROCC! SCRICC! SCRONC!



salve, Panoramix! valesne?
ehem?! satis, satis!
Druida noster mihi mirus videtur hodie mane!
ita! ne de apro quidem gustavit!
salvus sis, Druida! cervisiam tibi refrigerari iubebo; potasne una mecum?
nolo! nolo potare!
?????? qua de causa illi molestus sum?
PISCES DEO
ecce, Panoramix, praebeo tibi recentissimum piscem hoc ipso tempore Massilia allatum. memento: vacuus venter non studet libenter!
num vivere vobis nil est nisi devorare et potare?
?
paulo post...
Panoramix confuso ac perturbato vultu est!
res magni momenti eum commovet!
etiam piscem recusavit; quod demonstrat mente eum captum esse.
immo mentis compotem esse!
BAU!
Panoramix si qua re sollicitatur, nobis adiuvandus est, Asterix! itaque tu clam eum sequere, ut fortasse causam eius insaniae cognoscas!



nisi adveniet, terribile erit!
7A
horribile!...
intolerabile!...
prodigiosum!
VOMMM
...et denique addidit: horribile! intolerabile! prodigiosum!
si Panoramix tantis timoribus movetur, caelum in capita nostra casurum est!!!
interea nox obscuravit vicum eiusque incolas, quorum quidam mala somnia vident.
7B


sed mane postridie...
venite celerrime! Epidemais, mercator Phoenicius, navem ad oram appulit!
advenit! tandem!
salve, mi Asterix!... caelum serenum est, annon?
?!
de recenti dolio tuo cervisiae mihi gustandum erit, Maiestix! ne oblitus sis!
?!
hmmm! odor piscium tuorum me ita delectat, ut cibi cupiditatem mihi excitet, Deodorix!
?!?
Epidemaim atque merces eius Panoramix exspectabat! hinc illae lacrimae!
ita, mi domine! odorem piscium meorum laudibus extulit!
id ipsum me sollicitat! qui talia facit, manus sibi allaturus est!
heus, Epidemais, sodalis familiarissime! tandem ades!
salve tu quoque, vetule puer, salvete et vos ceteri! desiderio vestrum tabui. ecce omnia, quae vobis Tyro advexi...


age, aures erige: nonne mihi apportavisti, quae tibi mandaveram, cum ultimum hic eras?!
redige, quaeso, mihi in memoriam, de qua re actum sit!
scilicet de oleo petraeo, de qua enim alia re?
per Bahalem optimum maximum! nunc reminiscor me aliquid oblitum esse!
TAX
AIN' TU?
animus tuus requiescat! pro oleo tibi offero purpuram, tus, gemmas...
NOLO GEMMAS! OLEUM PETRAEUM VOLO! PETRO...
BONG
BONG
BONG
BONG
AAAARG!
BONG
bene mihi hoc notum est: fratrem uxoris meae accessus huius morbi temptavit, cum quaestor Romanus vectigalia exegit. insufficientia cordis laborat.
celerrime in casam suam ferendus est, Obelix!
ah, excrucior! intellegere non possum, cur vulgari oleo petraeo deficiente ita commoveatur!
quid est illud oleum petraeum?
manat e petris, unde nomen traxit. invenitur imprimis in Mesopotamia. etiam naphta appellatur.
quid est proprium illius olei petrolei?
est nihil. comburitur in lucernis illuminandi causa, sed paulum modo, quia pessime olet.
valetudine eius magnopere sollicitor, praesertim cum potione magica careamus, qua sanetur. fac celerrime Druidam aliquem arcessas, Asterix!


quanta perturbatio animorum propter paulum petrolei! sed suum quique!
ego quoque miror! at nunc properandumst, ne sanator nobis exquirendus sero veniat!
GRRR!
?
?!
BSSSS
BAU! BAU!
Idefix! statim huc ades!
quis tu? unde venis? quid agis?
Nilnilsex vocor, Druida vagabundus sum. nullo loco venio. artem meam omnibus petentibus offero!
GRRR
etiamne Druidam in petroleo lapsum sanare potes?
?!? heu! est quidem casus rarior, sed eum sanari posse puto.
BSSSS
GRRRR!
bene nobis contigit, ut te offenderimus. nostro enim Druidae aegrotanti auxilio tuo opus est!
bene mihi contigit, ut eos offenderem; praesertim cum Druida eorum mihi curandus sit.
state!!! censura!
ioooo! claustra Romanorum!
vae! illi trunci omnia mihi corrumpunt!
non est tempus delectationis, Obelix! nobis domum revertendum est!
nolite timere! egomet haec omnia explicabo!
?
CLANG
ha! nos timere! mente captus est, annon?


INSEQUAMUR EOS!
nos timere? plane delirat, iste Druida!
PSSSCH
BANG
BING
Eiiiii!
GONG
Vaeee!
MAMMA!!!
„equis stipendia merete!" — nobis dictum est!
equi donati dentes non inspiciuntur!
mihi persuasum est ne unum quidem hominem posthac mihi hoc crediturum!
credo me equo stipendia meruisse!
desinite lamentari: et eos equis descensuros arbitror, cum ad scopulum venerint!
pennas eis incidimus!
ANIMUM ATTENDE AD SCOPULUM!
timorne cuius viri cuiusne rei?


ne timueritis; ad omnia parati sumus!
iste vaniloquus me suspicionibus suis valde enervat!
BSSSSS!
CLIC
?
BSSS!
SQUASS
hac bulla pressa aliquid accidere oportuit!!!
BSSSS
paulo post...
videtis tandem... nulla causa timoris erat!
BSSSS!
HEUS TU! FAC TANDEM TACEAS!!!
?!
?
per breve tempus amicus tuus paulum timoris mihi iniecit!
facilius de statu suo deicitur, sed puer probus est!
BSSSS!
adhuc animus Panoramigem reliquit! quae res me sollicitat!
habeo, quod eum sine dubio levet!
BSSSS


BSSSS!
GLUT! GLUT! GLUT!
URRRG! TUSS! TUSS!
icc!
bonum echt hoc ipchum! quidnam — icc! — echt?
est aqua ardens in Caledonia* facta.
BSSS!
*Scotia
sed fortasse nimis ardet. itaque aqua tesserisque conglaciatis diluere praestat.
BSSSS
IN TABERNA QUANDO SUMUS, NON CURAMUS, QUID SIT HUMUS
ICC!
QUID AGITUR IN TABERNA UBI NUMMUS EST PINCERNA?
ICC!
tua ratione sanandi nunc insanit! laudo!
QUIDAM LUDUNT, QUIDAM BIBUNT, DUM SUB CIPPO REQUIESCUNT.
ICC!
paulo postea animus et curae Panoramigi redeunt.
vobiscum volvitis, cur illud oleum petroleum mihi tam magni momenti sit?! accipite ergo...
...illo petroleo deficiente **potio magica non iam erit!**


!
at... quomodo coniuncta est illud petroleum cum potione nostra?
una multarum rerum est, e quibus potio constat, et mihi ne una quidem gutta reliqua est.
CLAC
vaee! mea musca!
ut una illius petrolei gutta ad potionem miscendam opus sit, tamen hac una gutta deficiente potio misceri non potest!
evadit!
BSSSs!
pfff!
horribile auditu! quid nobis faciendumst? nemo Romanos a vico arcere potest nisi Obelix noster!
quod, ut omnes sciunt, et natus infans in aenum incidi et effectus ad infinitum permanent et et et...
?!
?!
?!
?!
age, age! etiam alia pericula superavimus. principe permittente in Mesopotamiam proficiscar, ut illud petroleum afferam!
at... quid ad me?
tu quidem remaneas necesse est. si Romani nos aggredientur, vicus tibi defendendus erit.
nolo, nolo! ego quoque in Mepot... Metos... utique in regionem, ubi petrae ex oleo manant!!!
recte Obelix iudicat! duo viri non nimis multi sunt, ut tam magni atque periculosi itineris difficultates vincant.
interea exploratores Caesaris miserrimam nostram condicionem non cognituros speremus!
Caesari hunc nuntium maximi momenti esse mihi persuasum est, sed aliud consilium mihi in animo est.
BSSSs!


potesne tu, Epidemais, nos in regionem vehere, qua illud petroleum reperiamus?
nullo modo, Asterix, vehere potero, antequam omnes merces quas attuli merces vendidero.
Obelix atque ego omnes merces tuas in itinere venditum iri praestamus!
ea condicione consentio!
mihine, qui Druida sum ut tu ipse, Panoramix, praeceptum potionis dabis?
hmm! et quid potione facies?
hoc modo efficere possum, ut inferiores atque oppressi homines paulo iustius tractentur.
nisi omnia, quae ad potionem miscendam opus sunt, colligere possum, fortasse tibi praeceptum dabo...
...at mihi persuasum est Asterigem petroleum allaturum!...
prohibendum ergo mihi est, ne Asterix Obelixque propositum assequantur!!!
Bssss!
recte iudicas, Panoramix! ceterum Asterigem adiuvem et omnibus consentientibus una cum Asterige et Obelige in Mesopotamiam proficiscar!
Bsss!
15A
die valedicendi...
ne obliti sitis fortunam vici in vestra potestate positam esse. potione enim carentes invalidi sumus!
ecce, Asterix! bene accidit, quod hanc laguculam inveni potionis magicae plenam!
rem acu tetigisti, venter obese!
cave istum Nilnilsegem! quodam modo sentio eum nobis suspiciendum esse!
aliud cura! oculos apertos habebo!
licetne?
tempta modo!
sed ubi Nilnilsex remansit?
15B


age, statim nuntium meum ad Sempertinacem perfer!
et quidem, quaeso, recta via, cum tempus terendum non sit!
BSSSSSSSS!
itaque nuntius volatilis in difficillimam atque periculosissimam viam se dat, imminentibus tempestatibus...
BSSSSSSSS!
...periculisque multiplicibus...
?!
BSSSSSS!
SIP
SIP
SIP
SIP
CLAC
...minimus agens Caesaris in rebus secretis magnis itineribus defessus pervenit...
?!
PLOP
phu! abhorreo a muscis in sorbitione mea natantibus!!!
strip!
musca eum momordisse videtur?! ego quoque mordebo, si tali modo pergit!
PLOP
videamus, quid Nilnilsex mihi scribat: „navi Phoenicia cum Gallis invictis in Mesopotamiam vehor. prohibe omni modo, ne portum capiant."
Nilnilsex non sine gravi causa iter Gallorum prohiberi vult. itaque iussum eo, quae opus sunt!
tu autem redi ilico ad Nilnilsegem! fac avoles!
dulciorem te praebe! non felle, sed melle musca captatur!
SNIP
eodem tempore in undis oceani...
mirum est, Asterix! quodam ex tempore Nilnilsex muscas non-iam attrahit!
eum difficultates nobis non attracturum speremus!



suntne hi sodales consociati nobis iam noti, qui tabulas pactionis minus diligenter perlegerant?*
non sunt! societatem feriis navalibus augendis condidi. ii nunc G.I. sunt, i.e. Generosi Iasonidae, quia impensas itineris mecum participant. egomet autem G.M. eorum sum, i.e. Generalis Motor!
*confer Asterigem Gladiatorem, pag. 14!
ecce, G.M., velum in infiniente!
ah, emptores! subducite celerrime vexillum!
FORUM OCCASIONUM MARITIMUM
heus, G.M., emptores vexillum nigrum subducentes nos salutant.
?!
piratae! omnes merces mihi prendent!
cur autem non?!
17A
ingens cornu capri, pueri! oneribus huius navis Phoeniciae raptis auro obruemur! ngihi! ngihi!
he he he!
novumne illud ludum novistis, cari G.I., qui dicitur ,,pugna navalis''?
omnino tua lusoria respuimus, care G.M.! immo celerrime domum redire volumus, ut negotiis domesticis recreemur!
in Generosis Iasonidis spem ponere non possumus, Obelix!
melius est. quo rariores delirantes eo plus delectationis!
salvete!
DELIRANTES!
17B


imbecilliores mihi videntur, Asterix, quamquam salubrem animam maritimam ducunt!
anima eos defecit, cum nos vidissent.
TUXX
TAXXX
per Esum! cautio adhibenda est mihi prohibenti, ne hi duo propositum assequantur!
cari G.I.! nonne vos in itinere magnopere delectatum iri promisi?
hoc revera ita iocosum est, ut risu dirumpar!
valde iuvat ille qui dicitur ludus „pugna navalis"!
paulo post...
supplico tibi! parce navi meae! tres litterae cambiales mihi solvendae sunt!
quid faciamus, Asterix? libetne demergere?
immo demerere. hospitem nostrum utiqui omnes merces nostras empturum pro certo habeo.
egon'?
...mille nongenti undecentum... duo milia maximum quaestum feci!
actum est de me! quanam pecunia navem meam solvam?
revedendo tuas quas emisti merces, vir optime!
non omnia possumus omnes!
ain tu? utique navem servavi!
non au'o, ut voluimus, sed dedeco'e ob'uti sumus.
gratulor vobis, amici mei! numquam antea mercatorem negotium simili severitate fecisse accepi!
G.I. h.c. faciendi sunt!
sperandum est Romanos rem melius gesturos quam illos truncos!


paulo post...
ecce velum in infiniente, G. M.!
...navis actuaria Romana per undas vagatur.
navis Phoenicia a fronte!
certe hac navi illi Galli invicti vehuntur, de quibus certiores facti sumus!
navem nostram ad eorum alveum applicabo ut verus magister navis*! harpagoni tuo eos supponam!
si eos evadere siveris, Caesar te ipsum in triremi remigare iubebit.
*qui summum navis imperium obtinet.
iooo! navis Romana! nunc tandem delectari licet!
Romanos non delectationis causa hic esse suspicor!
musca nuntium feliciter pertulit! servitium secretum se optimum praebuit!
nunc autem miram artem Romanam harpagones in navem immittendi aspicere possumus. primum balistae manus ferreas emittunt...
SACC
SACC
deinde navis attrahenda est tamquam piscis crassus!
QUIS CRASSUS EST?
CHRRRFST
BONG


paratusne es, Obelix?
paratus sum, Asterix!
GLUT GLUT GLUT
TRANSCENDAMUS!
nolite! desinite! interdictum est!!
immo nobis transcendendum est!
TUXX
TAXX
semper idem est: Romani cum se numero inferiores esse intellegunt, vultus trahunt!
NOTUM QUIDEM EST ILLUD: BONOS CORRUMPUNT MORES CONGRESSUS MALI!
RUMMP
VLAP
TAXX
doleo, quod mihi nullum iam est, quod vendere possim!
hi ludi aquarii egregium spectaculum oculis praebent.
somnium somnio! somnium somnio!
nullo modo somniavit! paulo postea...
„eos harpagoni tuo supponam", ille caudex dixit!!!
GLUT GLUT GLUT GLUT
improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.



repetitur autem...
ecce navis actuaria a fronte, G.M.!
...spectaculum navem harpagonibus attrahendi iam usitatum...
VAMM
...quod sequitur proelium atque epilogus non minus usitatus.
satisne delectaris, Asterix?
satis, sed magnopere miror, quod Romani tanta pertinacia nobis causam certandi inferunt, Obelix!
TAX
VUM
TUX
VAMM
quotiescumque video hoc spectaculum, alias variationes animadverto!
21A
sed Romae...
PER IOVEM! REVERA IRAM CAESARIS ANIMADVERTENT!
vos, praefecti*, classem meam coniungite atque claudite omnes maris nostri** portus!
*qui summum imperium classis obtinent.
**i.e. maris interni
retia tendite, per quas ne musca quidem invadere possit...
quod attinet ad muscam...
SEMPITERNAX!
accepistine aliquid novi de illo agente in rebus secretis nomine Nilnil... nescioqui?
ehem, o Caesar, ratio nostra communicandi nonnullas nobis difficultates affert!
21B


difficultates? quasnam difficultates?
musca nuntios nostros ferens ab opera cessat sedendo et dum mihi ignotum est, ubi sedeat, scire non possum...
visne scire, num leones circi cessent a devorando?!!! visne scire?!!!
RAMM
muscam cuppediis allicere coner!...
huc huc huc huc huc huc huc...
MEL
BSS
revera!
BSSSSSSSSS
SSSSSSSSSSSSSSSSS
MEL
22A
post pugnas navales supra relatas navis Phoenicia cum pace iter pergit.
GALLIA
ITALIA
GRAECIA
HISPANIA
MESOPOTAMIA
TYRUS
AEGYPTUS
otii me taedet, Asterix. cum autem otii me taedet, esurire incipio!
aequo animo es, Obelix. brevi ad Tyrum appellemur!
ecce terra Tyria!
sed navis pulcherrimo Phoeniciae portui, cuius mercatura florens est, appelli non potest, quia biremes, triremes, quadriremes aliique quinqueremes aditum clausum habent.
22B


numquam adhuc tot naves longas eodem tempore congregatas vidi! quid hoc sibi vult?
hoc brevi intelligemus!
revera...
?!
BLUB
BLUB
BLUB
BLUB
BLUB
OMNIBUS REMIS RETRORSUM!!
BLUB
BLUB
BLUB
hehe! hoc fieri iussit Gaius Iulius – Veterator!
malum! at si opus est, navem appellemus ad Sidona aut Byblum aut Aradum*.
*alii portus Phoenicii.
23A
sed ante Sidona...
...Byblum...
...Aradumque eodem modo accipiuntur.
fame premor, Asterix!
hoc male nobis contingit! copia ciborum, quae ad Tyrum suffecisset, nunc nos deficit.
coquo nihil iam est nisi sorbitio!
hic obiex stomachum mihi movet!
estne coquus tuus ille Obiex?
23B


hoc pro certo habeo: Romani moniti sunt atque, quo tendamus, sciunt!
attat!... at quomodo fieri potuit?... nos quidem soli...
phu!
abhorreo a muscis in sorbitione mea natantibus!!!
at... haec musca mea est!
apparet nos litoribus appropinquare: denuo muscas attrahit!
ah... ehem... contra mihi valde placet muscis auxilium ferre atque huic cura mea opus est. date veniam!
?!
?!
?!
delirat iste Druida!
utique non posse videtur muscam excitare.
TIC TIC
GLUT GLUT
ALIQUID CELERRIME FACIENDUM EST! CAESAR IMPATIENS EST ET LEONES EXTREMA FAME PREMUNTUR! SEMPERTINAX
certe Galli non quiescent! Romanis omnem copiam petrolei Palaestinam exstingui suadebo!
GLUT GLUT GLUT
MEL
ah! aptum est ad corpus recreandum! me magnis volatibus contendentem maxime enervat discrepantia temporum!
MEL
fac avoles! successus et bonus eventus in tuis alis positi sunt!
homines revera duri animi sunt. utinam ne amore istius viri commovear!
valde dolemus, Epidemais, quod tantam molestiam tibi afferimus!
immo valde me delectat Romanis dolum nectere!
praeterea cras per oram Iudaeorum navigabimus atque me navem ad locum hospitalissimum huius terrae appulsurum promitto!


mane postridie...
ecce terram fluentem oleo, Asterix!
iter tuum ad Hierosolymam dirige atque visita amicum meum, qui vocatur Samson Quasimodogenitus. est enim redemptor meus. etiam petroleum ei est.
gratias agimus, Epidemais! fortasse brevi nos revises?
magnopere id spero! semper me divitiorem facite!...
adhuc fame premor! scisne, num apros hic reperturi simus?
scio nobis imprimis reperiendum esse, qua via eamus.
25A
ecce venit aliquis, ex quo quaerere possumus.
salvus sis, amice! potesne nobis explicare, qua via Hierosolymam perveniamus?
asinus atque ego eodem profecturi sumus. iter una faciamus!
Iosue vocor. Iosue Beniamin.
egomet Asterix sum, hi autem Obelix atque Idefix, ille Druida Nilnilsex.
venimus e Gallia, ut a Samson Quasimodogenito mercatore petroleum emamus!
valde miror, quod aliquis iter tam longissimum atque difficillimum facit rei minimae causa.
suntne multi Romani in hac regione?
numerus eorum minor est quam in Phoenica, quae est provincia Romana. nobis procurator est, itaque Hierosolymae tantum exiguum praesidium Romanorum collocatum est.
25B



paulo post...
hoc loco paulum morari placet!
recte dicit ille, Asterix: moratur, qui non consentit!
sumite, quaeso, de cibis meis, sed nihil vobis offerre possum nisi fruges sole duratas.
tua liberalitate abuti nolumus!
nonne fortasse aper tibi est, etsi duratus?
quid enim est aper?
nomen speciei est sus scrofa, classis mammalium, ordo artiodactylorum, subordo nonruminantium, familia suidarum — scilicet aper!
?!
?!
susne?!! at legibus nostris carnem suillam edere nullo modo permissum est! praeterea et aliarum bestiarum carne vescendum non est, si immunda* est.
*adhuc Iudaeis caro nisi rite iugulata edenda non est.
emenda non est?! nonne parciores pecuniae estis in hac terra?
denique nonnullis post diebus Hierosolymam pervenitur, in urbem regum delitescentem sub altis moenibus, quae postea advenis ex omni orbe terrarum patebit.



salvus sis, Isaias! quid novi?
nihil quidem nisi hoc: Romani praesidium duplicaverunt omnesque urbis aditus custoditos tenent.
quidnam quaerunt?
tres Gallos et unum canem. ego si loco trium amicorum tuorum essem. magnopere caverem!
prospere succedit! nuntius iterum pervenit!
recte dicit! discedemus a te, ne in molestiam incidas!
cur autem Romani vos quaerunt?
prohibere volunt, ne petroleum emamus, neve in Galliam importemus!
at hoc modo propolas perdituri sunt!!
sequimini me! vos adducam ad amicum, qui in oppido prope Hierosolymam sito habitat. ibi Romani nullo modo vos quaerent.
hac nocte nescioqua via in oppidum irrepemus!
cur autem nos adiuvans tantum periculi subis, Iosue?
ut alicui Iudaea vel Samaria vel Galilaea patria sit, omnes, qui contra Romanos pugnant, nobis adiuvandi sunt.
ecce, adsumus!
numquam hominem cibi avidiorem vidi quam istum! decimum iam piscem fartum devoravit et plures appetit.
valde doleo, quod non est vobis locus in deversorio, sed palearum et foeni plurimum est in stabulo et locus spatiosus ad manendum.
sub vesperum vos arcessitum veniam!
et vespere...
verum quidem dixit ille caupo: palearum plurimum et locus spatiosus. quod nomen est huic oppido?
Bethlehem, ut sciam!


tempus est! venite mecum! amici mei nos in moenibus Hierosolymae exspectant!
adsumus! tacete, quaeso! timeo, ne Romani nos animadvertant!
immo nos Romanis timendi sumus!
ratio mihi reperienda est, qua vigilias excitem!
nunc tuae sunt partes!
aut nunc aut numquam!
VAEEE!
?!
VAE! VAE! QUANTOPERE DOLET!
fac taceat, Obelix!
qui clamant, taceant!
VAMM
ecce Ro... Romani!
bene, bene, bene!
SUNT QUI! COMPRENDITE EOS!
bau!




delirant isti Romani! caput impingent muro!
iam advolo, Obelix!
TCHRAACC
VABADAM
celerrime ascendite moenia, Romani nunc aures erectas habent!
utcumque sit, hoc ipso tempore aures demissas habent!
ita est, infirmissimi in firma terra iacere mihi videntur!
29 A
pro Iahwe! Romanos prostravistis ut David Goliath illum Philistaeum prostravit!
ita! ego equidem aegre non fero nos tandem ab illo Druidexploratore liberatos esse!
appropinquamus domui Quasimodogeniti mercatoris!
emptores tibi adduco e terra longe remota, Samson!
petroleo nobis opus est et quidem celerrime!
ehem?! attatat!?
Romani omnem copiam nostram combusturi sunt atque timeo, ut unam quidem guttam tota terra reperiatis!
?!
29B



hoc oleum nobis ad vivendum necessarium est, cuius aliqua copia nobis in Galliam portanda est!
quae cum ita sint, vobis quaerendum est, ubi inveniatur: Babylone, in urbe Mesopotamiae!
estne longe remota haec urbs?
iter triginta dierum per loca deserta ferens!
quamvis mihi incognita sit ista terra, tamen me etiam hoc munus celerrime praestaturum mihi persuasum est!
ecce Saul Solvere, commissarius meus, qui sole oriente vos ad marginem regionis desertae ducet.
his vestibus induti pervenietis incogniti!
quomodo umquam gratiam debitam vobis referamus?
si Romanis nocere in animo habetis, satis gratiae est!
sed Samson Quasimodogenitus — hoc nomen vere Latinum videtur?
hoc nomine negotiandi causa utor, cum vere Simon Barcochba vocar!
30A
et mane postridie...
bene valete!
pollicem premam!
verum est, quod dixisti: his vestibus velati iter incogniti faciemus!
praeterea vestibus virgatis, quae nos procerissimos reddunt!
BAU!
BAU!
30B


in Iudaea apud procuratorem Romanum...
ave, Ponti Uspilate! Galli nos evaserunt atque timendum est, ne longius spatium praeceperint!
age, care Druideexplorator, quae extra fines a me procuratos fiunt, mea non interest!
iste me manus perpetuo lavando enervat!...
haec non curo! Asterigem atque Obeligem navem ascendentem exspectabimus atque debitis honoribus accipiemus...
interea...
Asphaltitae appropinquamus.
magnopere doleo, Asterix!
concedendumst has bestias non ita idoneas esse ad equitandum.
haec non causa est doloris! animus meus maeret, quod incolae huius terrae praeiudicio de genere aprorum tenentur!
?!?
ECCE MARE! JOOOOO!
sole ardente aquis frigidis submergi iuvat!
mane paulisper!
ioooo!
?
GLIT
GLIT
GLIT
GLIT
explanaturus eram: Asphaltites sexies tantum salis continet ceteris maribus atque tanta densitate est, ut corpus humanum summergi non possit.
HAHAHAE! HAHAHAE!
baurg! baurg! baurg!



cum marginem deserti pervenerimus, vos relinquam. vobis Mesopotamiam petentibus iter semper in orientem tenendum erit!
iterum gratias agimus, Saul Solvere!
desertum perlustrandum est partim sole ardente...
...partim noctibus gelidissimis.
delirat istud desertum!
restant etiam eiusmodi triginta dies, qui longi erunt!
?!
SAGG
celerrime salutem fuga petamus!
unde estis?
Galli sumus!
date veniam, quaeso! vos Babylonios putavimus. nos quidem Chaldaei bellum cum illis gerimus.
vos in tempus futurum peritiores esse praestat!
numquis nos Babylonios putare potest?


attat! desertum ardere videtur!
delirant isti Chaldaei!
TOC TOC TOC
!
SAGG
salutem fuga petamus!
unde estis?
Galli sumus!
date veniam, quaeso! vos Hethaeos putavimus. nos quidem Babylonii bellum cum illis gerimus!
sine nobis gerendumst!
numquis nos Hethaeos putare potest?
adhuc iter nobis longum fore credidi!
delirant isti Babylonii!
TOC TOC TOC
!
SAGG
...petamus!
unde estis?
Galli sumus!
date veniam, quaeso! vos Assyrios putavimus! nos enim Hethaei bellum cum illis gerimus!
numquis nos Assyrios putare potest?



delirant isti Hethaei!
homines totius orbis terrarum in deserto se congregare videntur!
TOC TOC TOC
!
SAGG
unde es...
GALLI!
iam scio vos Assyrios esse atque veniam petituros. sed nescio, qua natione nos esse putaveritis?!!?
age... vos Medos putavimus!
numquis nos Medos putare potest? delirant isti...
TOC TOC TOC
!
salvete, domini! milites Medici sumus, qui in hoc deserto itinere deerravimus!
pergrati nobis venistis, si qua exeamus dixeritis!
difficile non est! semper sagittas sequimini!




ehem! delirant isti...
TOC TOC TOC
satis nunc! enervas me etiam atque etiam eadem verba repetendo!
at... delirat iste Asterix!
TOC TOC TOC
siti crucior, Asterix!
ergo bibas!
non possum: aqua defecit!
?!?
sagitta utrem pertudit!
!!
35A
aqua carentes numquam ad Babylona perveniemus, ut petroleum emamus! petroleo autem carentes nobis potio magica noniam erit! itaque actum est de nobis, nisi quis nos adiutum veniat!!!
brevi antea lamentatus es totum orbem terrarum in deserto se congregare!...
me totum enervas, Obelix!
vide, quid Idefix faciat!
eum nescioquid invenisse credas!
SNIF SNIF SNIF
fortasse fontem aquae?
cur autem non? Idefix omnia reperire potest, si modo iubeas!
RAD RAD
FRAAAAAAAGORRRRRR
?!?
RAD RAD
?
RAD RAD RAD
35B


?!
FRRRAAAG
phuu!
haec aqua bibi non potest!
AQUA NON EST. OLEUM EST, OLEUM PETROLEUM, PETROLEUM!
mirumquidem! nos ad Babylona pervenire noniam opus est!
nonne vere dixeram Idefigem omnia reperire posse?
compleamus utrem a me resartum atque relinquamus celerrime desertum!
36A
paulo post...
properandumst, ut Tyrum atque navem Epidemais capiamus, qua cito in Galliam vehamur!
?
BAU! BAU!
iam sentio apros assos!
sed Tyri apud praefectum classis...
quis tu, advena, quidque vis?
BSSS
nuntium Caesaris tibi fero hoc: iubeto omnes naves mercatorias in Galliam exituras deleri mergique!
revera nuntius alacer atque, ut ita dicam, volucer tibi esse videtur, qui spatium inter Romam et Tyrum tam incredibili celeritate confecit!
ita! minuta mirandaque musca molita est!
BSSSSS!
36B


denique magnis itineribus confectis...
urrg! non sine nausea navigo!
valesne, Obelix?
egon' valeo! cur rogas?
...Tyrum perveniunt.
denuo vestibus Quasimodogeniti usi incogniti portum atque navem assequemur!
nunquam postea personam meam cuiquam impositum iri patiar!
hic locus Romanis abundat. cavendum ergo est!
quomodo in hac turba Epidemaim reperiemus?
mane, mihi consilium est!
paucis te volo miles...
quid me vis?
dic mihi, quaeso, ubi Epidemaim reperiamus!
mercatorne ille Phoenicius? horreum habet at in extremo portu situm est et facile invenies et prodi recta via et nunc, quaeso, mittas me! gratias ago!
TAXX
nonne vides!? urbanitate usus omnia impetrare potes!
laudo! tuae urbanitatis causa perbrevi Romani Tyri collocati nos sectabuntur!
EPIDEMAIS IM-ET EXPORTAT
iam teneo: hoc consilium domini Asterigis non fuit...
adsumus!
CITO! AD ARMA!


celerrime, Epidemais, tolle ancoram! ubi navis tua est?
nulla ancora, nulla navis!
quid hoc sibi vult: nulla navis?
Romani iusssu Caesaris combusserunt, negotia mea submerserunt, ut nunc obrutus sedeam curis atque tristitia.
me providere oportebat Romanos a Nilnilsege, illo fure, praemonitos esse; qui quominus in Galliam revertamur, prohibere volunt.
hic sunt! horreum perscruta - mini!
venite mecum! me sequimini!
ut a quaestoribus et exactoribus Romanis tutus essem, hunc cuniculum effodi iussi...
...quae exit in hoc horreum subterraneum; Orpheum imitatus ad inferos descendi!
hic locus sub ipsa navium statione est...
...et forte fortuna navi praetoriae C.I. Caesaris adversus!


Caesarne adest?
non adest, sed navem suam capiti secreti servitii permisit, qui vos captandos curet!
profecto in navi Caesaris:
Caesar impatienter se gerit, Nilnilsex! quid ad potionem magicam?
tantum restat, ut Asterix Obelixque evanescant, quae brevi curabo: Hebraico habitu iam visi sunt!
Bssss!
mane, mihi consilium est!
hahae! imitator!
suntne parati nautae tui ad navigandum, Epidemais?
parati quidem sunt, sed noniam G.I. sunt, immo qui certantes de praemiis a me propositis vicerunt. praemia omnia eadem sunt: navi per maria vagari. victores i.e. vectores suis impensis vagantur.
fac ergo omnes convoces, ego equidem tibi explicabo, quae faciemus...
39A
postquam nox appetivit...
heus, miles!
sta! quis tu?
bene tibi contigit, vir Gallice! per punctum temporis te Hebraica veste indutum esse credidi!
TUXX
celeriter merces in navem imponite!
39B


quemnam video? aliquem mihi bene notum!
ASTERIX!
GALLUSNE?
BSSSSSS!
TAXX
sine me! vobis navem e portu educam!
revera nautae non minus valent quam mercatores. viri vere Phoenicii sunt!
rebus sic stantibus Caesar nullo modo contentus erit!
immo Caesar summo gaudio afficietur, cum nuntium meum acceperit!...
avola, dulcissima rerum! omnia mea ulciscendi consilia tecum portas!!!
voce tua mellilla commota eis aiona tui sum!
BSSSSSSSSSSSS!
postea Romae...
aliquid novi tibi trado, o Caesar! nuntius non ita decorus est, quod qui attulit in sorbitionem meam cecidit.
cedo!
„Galli invicti potione magica carent neque miscere possunt. nil obstat, quin tuae legiones omnem Galliam pacent. Nilnilsex"
statim vicum Gallorum invictorum oppugnari atque vastari iube!



commodo et solito more domum vehuntur.
navis piratica a fronte, magister certaminis de praemiis propositis!
ecce emptores nostri!
navis 'omana a sinist'a!
nullo modo Romanos ad pugnam provocemus! neutrius partis sumus, quod bene notum est!
cont'a illi nos p'osequuntur et ad pugnam p'ovocant!
?!
paulo post...
quattuor sestertium! maximum quaestum feci!
sed pretium interea duplicavistis!
o mala nimietas nummaria! mala nimietas!
nonne mecum re et ratione coniuncti esse vultis?
nigro notanda lapillo!
praestat te mihi suadere, quomodo haec omnia maiore pretio vendamus, quam sale nigro me enervare!
haec 'es facillima: 'estat, ut in po'tu navigemus!
ut quam callidissimos dolos nectas, tamen petroleum in Galliam feremus, Nilnilsex!
?!
hoc fieri nolo!
ABSTINE, OBELIX, ABSTINE!
PRRRFFFFFF!
VAP
BAU! BAU!
hoc modo primum Pontus Aremoricus petroleo pollutus est...
veto! num revera iam nunc hac re incipere vultis?


perdidimus!!!
TAX TAX TAX TAX TAX TAX
Aremorica apparet, magister certaminis de praemiis propositis!
oleum et operam perdidimus!
valete! me iterum huc redeuntem vobis petroleum importaturum promitto, Asterix!
oleum et opera periit!
omnes nostri timore Romanorum perterriti adventum nostrum desiderant. quidnam eis dicam, quidnam?
?
in castris leones, in pugna lepores!
tuo lepore, malum, me delectare non possum.
omnes deos deasque obsecro, ut perbrevi stipendia emeream!




at...at pugnant!!! **sine potione!!**
nobis absentibus! aequum non est!
quidnam accidit, Panoramix? quod miraculum hoc est?
ecce, Asterix! iamne revertistis?
vae mihi, perii. oleum non mecum duco!
quod oleum?
quod tibi opus est, ut potionem magicam miscere possis!
ah, teneo! petroleum dicis!
mea noniam interest! mihi nonnulla experto feliciter evenit, ut pro oleo raporum suco uterer, quod non minus efficax est, immo saporem iucundiorem tribuit.
?
43A
bene mihi hoc notum est: fratrem uxoris meae accessus huius morbi...
visne colaphum?
paulum recedite, ut eum curem.
revera haec nova potio magica melius sapit, sed te experimentis factis nos in extremas terrarum partes mittere in tempus futurum praestat, Panoramix!
dictum, factum, Asterix!
dic mihi, Asterix, quid cum his duobus agamus!?
omnibus his rebus commotus paene eorum oblitus sum!
ubi Nilnilsex currum suum reliquit?
desine illum currum memorare, qui mihi temptanti in cistam mutatus est! ita inclusus quarto demum die carcerem relinquere potui!
quod ad cistam attinet...
43B


postea Romae...
ave, Caesar! haec cista modo tibi donum tradita est!
aperite!
CLIC
UT APERIAS, HIC PREME!
CLANG
CLONG
VICUS GALLORUM - salutem Caesari!
haec olla mellis plena atque hic penicillus — quem usum praebent?
MEL
instrumenta sunt, quae pertinent ad novum ludum circensem a Caesare excogitatum.
BSSSSSS
procul ab eiusmodi crudelibus atque barbaris ludis sub caelo stellato invicti incolae vici Gallici gaudiis salubrioribus delectantur. ut eis petroleum non sit, tamen non ignorant, quomodo reditum heroum suorum celebrent.
nonne tibi in mentem venit aprum nescioquare farcire?
?
age, Asterix! pauca nobis refer de Odyssea tua!
sit ita! omnia coeperunt in mediae silvae tranquillitate, ubi tempus cenandi esse videbatur...
tempus nobis parcendi exiit!
FINIS FABULAE
UDERZO


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!



ISBN 3-7704-0060-7
9 783770 400607
DM 24,80, ab 1.1.2002 EUR [D] 12,70